



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 30. Religionis dissidium inter Helvetios Calvinistas & Catholicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

SÆC. XVII. soniere publicæ fidelium venerationi
 A. C. 1653. exposuerant, cum ergo id aliunde
 Sede Apostolica prohibitum esset, pe-
 riter Præsules hanc agendi rationem
 improbarunt, publicumque ejusmodi
 cultum huic Venerabili Virgini exhibe-
 ri vetarunt, donec Episcopi examen
 judicium & approbatio accederet.

§. XXX.

*Religionis dissidium inter Helvetios
 Calvinistas & Catholicos.*

*Hotting.
 Helv. Eccl.
 Hist. p. 3.
 lib. 7.
 Hafner.
 Theatr. II.
 p. 3000. &
 seqq.*

Hoc item anno motus in Helvetiis ex
 levibus initiis Catholicos inter &
 hæreticos tandem in grave bellum e-
 rupit; cum enim Calvinistæ Templum
 Frauenfeldæ contra pacta erigerent, &
 Glaronenses Acatholici jam a pluribus
 annis circa scholas, causas matrimo-
 niales, supplicationes sacras &c. varia
 in præjudicium Catholicorum innovare
 præsumerent, & Religiosos ex Catho-
 licis Grisoniæ locis expellere & Catho-
 licæ Religionis exercitium turbare non
 cessarent, Catholici iterato opponebant
 Badensis transactionis leges, vi quarum
 die duodecima Decembris Anno
 Christi millesimo sexcentesimo quinquage-
 simo primo sancitum, ut neutra pars
 in libero fidei suæ exercitio præpedire-
 tur, nec ad Religionis, rituumque mu-
 tationem

tationem quovis pacto induceretur: Verum spreta mutui pacti religione Catholicæ & præcipue Tigurini Prædicantes sæpius in Catholicorum ac potissimum Suicensium pagos personati irrepere, variisque fraudibus, promissis, & mille commentis quosdam incautos rudesque numero circiter quadraginta ex Arthi oppido ad lacum Tugiensem sito a fide Catholica ad suam sectam pertraxere. Cum autem hi misere decepti Tigurum profugere pararent. detecto eorum consilio Suicentis Magistratus, ad cujus, ut vocant, Cantonem Arthum spectat, hos, reliquosque de apostasia suspectos Suicium reduci, & contumaces quosdam, pro suprema sua & independente potestate capite multari iussit, illos vero subditos suos, qui Tigurum jamjam die vigesima quarta Septembris pervenerant, sibi reddi petiit, addita comminatione, ni venirent, eorum bona fisco addictum iri: Tigurini autem Calvinistæ, quibus sese Bernates ob sectæ affinitatem ad mutuum foedus adjunxerant, hæc Suicentium gesta injuriam suam interpretabantur, sibi que emigrandi jus, quod tamen nunquam probare poterant, competere obtendentes, profugorum bona reposcebant, vim & arma minitantes: quoniam vero quinque Pagi Catholici

Hist. Eccles. Tom. LXII. G jam

Sæc. XVII.
A. C. 1653.

Sæc. XVII. jam anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo in suis Conventionibus jurato pacto sese obstrinxissent, quod omni tempore in Catholicæ Religionis professione persistere, ab ea autem deficientes pro hæreticis haberi, & juxta prisca Cæsarum leges capitali pœna plectere velint, aliunde vero Tigurinis nihil omnino in Suicensium conditiones juris esset, hinc Catholici non vas ab eis leges accipere renuerunt, atque hosce veræ fidei desertores revocarunt, eorumque bona ærario addixere. Ad hæc Tigurini non aliud dabant responsum, nisi quale ira & sectæ fanaticus inspiraverat; mox enim ad arma versi Rappersvilam rupta pace occuparunt, collectisque undique viribus Catholicos hostilem in modum invadere, sacras imagines, ædesque demoliri, omnique crudelitatis genere debacchari cæperunt, ipso etiam Cronwello Anglorum Protectore pecuniarum subsidia suppeditante. Dura igitur se suaque tuendi necessitas Catholicos Suicenses compulit, ut suas quoque vires Lucernatibus, Uraniensibus, Subsylvanis, & Tugiensibus jungerent, illatamque vim vi retundere satagerent. Igitur opportunam explicandis copiis aciem ad Vilmergam oppidum nacti die vigesima quarta Januarii cum Calvinistis

stis congregiuntur, atque ex belli tor-
 mentis eminus hostem strenue petunt, Sæc. XVII.
A. C. 1653.
 ferreis tamen globis plerumque innoxie
 cadentibus, eoquod Calvinistarum non
 pauci diabolicis incantationibus ac
 præstigiis sua corpora a vulneribus il-
 læsa haberent: paulopost tamen nefan-
 dis hisce artibus per Divinam opem e-
 lusis, Catholici exercitus Ductor dato
 signo universas vires in hostem effu-
 dit: ruunt laxatis habenis equites in
 dextrum Calvinistarum cornu, plurimos-
 que nondum satis proviso impetu obte-
 runt: unde haud sensim Calvinistæ ca-
 dunt, sed effusa equitum fuga peditum
 quoque turbant ordines: demum ten-
 tata irruptione postrema Cælum pro Ca-
 tholicis pugnare videbatur; repente enim
 eminus fulgur tam insolito splendore Cal-
 viniani Ducis, militumque oculos per-
 strinxerat, ut cæsis Bernatum bis mille,
 captisque quingentis ceteri omnes in
 propudiosam fugam effunderentur. Re-
 portata hac victoria integer hostium e-
 exercitus deleri, uberioresque fructus legi
 potuissent, nisi apud Catholicos præ-
 valens pacis ac Reipublicæ amor victri-
 cem manum cohibuisset: Postquam e-
 nim integro biennio mutua hæc Reli-
 gionis dissidia exarserant, tandem an-
 no Christi millesimo sexcentesimo quin-
 quagesimo sexto die vigesima sexta

Sæc. XVII. A. C. 1653 Februarii Cantones quinque, Fribur-
 bum, Solodurnum, Basilea, Scaphu-
 sia, Glerona, Abbatis cella, quæ ne-
 tras partes secutæ fuerant, belli indub-
 cias pacifcebantur, demum vero ad-
 tente Regis Francisci Legato pacem con-
 ficiebant, qua sancitum, ut quilibet
 Pagus in sua Provincia, & ditione in
 religione sua, dominio & jurisdictione
 quietus & sine molestia relinqueretur
 in communibus vero Provinciis, ut
 est Turgovia, Vallis Rhenana, Com-
 tatus Badensis, & Sargantium, Re-
 ligio Catholica semper integra & illæsa
 conservaretur; cunctaque Religionis dis-
 sidia per arbitros utrinque selectos de-
 ciderentur, si qui autem vellent in al-
 lium Cantonem, præsertim si ibi de-
 versa viget religio, emigrare, integrum
 sit loci Dominis, contra tales subdito-
 rum discessuros pro arbitrio & antiquo more
 procedere. Insuperhabita tamen ha-
 pace Badenæ inita Tigurini novos mo-
 tus contra Catholicos Ramsenses con-
 citarunt, præfato tamen anno Catho-
 lici, urgente Ferdinando Carolo Au-
 chiduce, liberum Religionis exerci-
 tium, integrumque jus ad publica ob-
 ficia obtinuerunt, cunctis, qui dicto
 anno a vera fide defecerant, emigrandi
 iussis: composito hoc dissidio Tigurini
 itidem in Turgovia Catholicis, & præ-
 cipue

cipue Abbati sancti Galli molestias fa- Sæc. XVII.
 cessere, ejusque jura labefactare molie- A. C. 1653.
 bantur, & cuidam civi Frauenfeldensi,
 eoquod ad fidem Catholicam reversus
 esset, suos filios & filias ad Tigurinas
 ditiones abstraxerunt, eosque nonnisi
 intervenientibus Catholicis Cantonibus
 restituerunt.

§. XXXI.

*Oliverius Cronwellus in Angliæ, Sco-
 tiæ & Hiberniæ Protectorem
 proclamatus.*

Postquam Oliverius Cronwellus, abo- Salmon hist.
 lita dignitate Regia, Scotos & Hi- d' Angl.
 bernos iterato prælio devictos dissipa- t. I. p. 279.
 verat, Batavos quoque, qui Pelami-
 dum piscationem sibi solis vindicare pa-
 rabant, quæsito jure suo armis spoliare
 nitebatur: nec magnis hisce ausibus
 deerat secundi successus prosperitas;
 quamvis enim anno priori Batavi, Ar-
 chitalasso Herberto Trompio, cum in-
 genti sexcentarum navium classe Dra-
 cum Anglum Ductorem aggressi, pri-
 mo certamine victores evasissent, ni-
 hilominus vertente belli fortuna hoc
 anno naves suas ferme omnes, & mi-
 litem, ac demum etiam postremo præ-
 lio ipsum Trompium globo plumbeo di-
 scriptum amifere, eoque sublato, quam-
 vis